Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31650
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

aliorquin talis ab ecclesia anathematizandus sit. Germina autem eum feminae cum viris habitantes spinas, et archana mentium acuto mucrone percutiunt. Pro nefas, dolor est dicere, sed proferre non decet. Christo voverunt iste nubere, non clericis. Unde sine nuptiis genus novum uxorum. Et hoc ad nos quid pertinet. Amachera cessemus. Bonus honor est in ecclesia, si a consortio virorum sint longe. Monachum vel clericum solitudo facit non publicum. Quid te virginale delectat alloquium. Cur sanctimonialium contra fidem frequentia. In ecclesia vel in ecclesia ipso publico si eos quos diligunt vident ridentibus oculis, salutationis tenera verba precedunt. Deinde cum salutaverint, si eos vel diu viros preterire celerius viderint, contemptores suos iudicant et irascuntur. Ordinatur deinde satisfactio diserta. Post satisfactionem prandium quasi nova leticia disponitur. Inter pocula miscent verba contemptus. Iure vir lamentari se simulat, quasi peccati genus inducens. Lege quia talis debet esse solitarius, qualem hieremias descripsit. Sedebit solitarius et tacebit, quia relictis ihesus apostolis solus ibat orare. Mariam in penetrabilibus angelus solam invenit, non cum agapeta loquentem. Et illa virilem introitum trepidavit. Tu quae fornax es malicie, quid a viro desideras frequentius salutari. Et nescis quia dupliciter famam perdis, tuam simul et clerici, cuius vita ecclesia christi debet ornari. Inornata consuetudo et delicatis sermonibus fabulosa calamitas. Sed hospitalitatem cupis habere.

habes duas sorores, ille apud te in domo vocari non fratres. Erit ad edificationem tuam sancta virgo, quod si dixero in beati martini vita legimus commemorasse sulpicium, quod transiens sanctus martinus quandam virginem moribus et castitate percelsam cupit visitare, illa noluit. Sed xenium misit ei, ac per fenestram respiciens ait sancto viro. Ibi pater ora, quia a viro numquam sum visitata. Gratias egit deo sanctus martinus, quod talibus moribus imbuta castam custodierit voluntatem. Benedixit eam, et abiit leticia plenus. Usque huc sufficiat de feminis dictum. Consummata quippe virginum causa, transeamus ad reliqua. Hospitalem precepit apostolus clericum ordinandum. Hoc preceptum pater abraham et loth angelos susceperunt, quia hospites dilexerunt. Sic et honesiphorus paulum doctrine fontem suscepit. Hec invitationes sunt vestre, et ne sinatis incolam preterire, qui apud vos non comederit panem. Sequitur. Non percussorem. Non enim pugilem describit apostolus, sed qui conscientias non percutiat singulorum. Sit modestus, non inflatur, non inebrietur, super domum bene presit. Quam erit horribile, si domus clerici detrahatur. Ledet sacerdotis opinionem in plebe, quando deprimus eius male loquitur populus. Super omnia hec precepit bonum testimonium clericos fundamenta componere, ut bonorum operum testificatio casto confirmetur affectu.

Item item ad oceanum de unius uxoris viro, et de conversatione clericorum.

F. xl vii. Item admissa lege potis.

89